Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26351
Copyright: Admont, Benediktinerstift

urbis condite dc$^{mo}$. xc$^{mo}$. iiii$^{o}$. G. iulius cesar qui
postea imperavit cum l. bibulo consul est factus.
Decreta est ei gallia et yllyricum cum regionibus
decem. primus vicit helvetios qui nunc sequa-
ni appellantur. deinde vincendo bello gra-
vissimo usque ad oceanum brittannicum proces-
sit. Expugnavit namque in ea helvetios. tu-
lingos. latabolos. rauracos. et boios. ex quibus
. xlvii. perempta sunt. ceteri diffugierunt.
Dein ariovistum regem cui auxiliabantur arudes.
marcomones. triboci. vuangiones. nemen-
tes. edusses. et suevi. fugere compulit. duasque
uxores eius. totumque exercitum per l. milia passuum
insatiabiliter cecidit. Post hec gentem belgarum
cui adheserant bello vagum cum xl. armatorum.
suessiones cum l. milibus. Interum preterea quorum
adeo indomita feritas erat. ut numquam ad se
mercatores accedere sinerent. hi nihilominus
. l. milia armatorum habebant. atrebates et
et ambiani. menappi. caleti. velocasses. ve-
lomandui. atuatuci. condurses. eburones. ce-
rosi. cemani. qui uno nomine germani vo-